



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dispvtaones Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Facvltas R. P. Provincialis Societatis Iesu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

APPROBATIO ALMÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ
Academia Burdegalensis.

Nos infra scripti in Academia Burdegalensi Sacra Theologia Doctores, fidem faci-
mus opus inscriptum, Disputationes Theologicae quatuor Tomis distincta, quibus uniuersa
Theologia Scholastica accuratè explicatur, auctore R. PATRE IOANNE MARTINONO
Societatis Iesu in Collegio Burdegalensi sacra Theologia multos annos professore, nihil
aduersum doctrinam dei, & bonis moribus continere: sed & auctoris fama, & hominum de
eo expectatione dignissimum: perspicuum, videlicet, pressum, reconditum, atque im-
primis accuratum: nihil ut in eo redundet, nihil desiderari possit. Eiusmodi denique, quod
ad publicam utilitatem in lucem quamprimum prodeat, & omnium Sacrae scientia studio-
rum manibus tractetur: speramus enim ne frustra diu, multumque expectatum sit; nec mi-
nimum ex eo, tot aliis voluminibus illustrata Theologiae lumina accipiat. In cuius rei testi-
monium manu nostra subscripsimus. Burdegala die 13. Iulij anni M. DC. XLIII.

COSAIGES Cancellarius.

I. DE LA PIERRE Vniuersitatis Burdega-
lensis Rector, in eademque Academia Theologiae
Doctor, Magister artium, & Doctor Regens: Nec-
non Collegij regij Aquitanici Primarius, atque
Ecclesiae S. Emilij Canonicus Theologus.

GRYMAUD in sacra Theologia facultatis
Parisiensis Doctor, Necnon Ecclesiae Burdegalensis
Ecclesiastes, & in Academia Burdegalensi pro
S. Theologiae Doctor Regens.

FR. IOANNES CHERON Carmelitarum re-
formatorum Provinciae Vasconiae Commissarius
generalis, & sacrae Theologiae doctor Regens.

MICHAEL CAMAIN Professor Theologiae
in Collegio Burdegalensi Societatis Iesu.

FR. IOANNES CASTETYS Ord. Eremit. S.
Augustini, in Academia Burdegalensi Professor
Theologus.

ALTERA APPROBATIO

Nos infra scripti Societatis Iesu Theologi fidem facimus nihil in istis Disputationibus
Theologicis R. P. IOANNIS MARTINON in primam partem D. Thomae, contra-
rium fidei, vel bonis moribus reprehensum à nobis fuisse: Sed omnia iuxta receptas Theo-
logorum sententias, ex fidei principiis, vel ex Patrum doctrina, & ratione, perspicue, solidè
& tractata, & accuratè explicata: dignumque opus nobis videri quod in publicam utilita-
rem edatur, & studiosorum Theologiae manibus teratur. In cuius rei fidem manu nostra sub-
scripsimus. Burdegala die 16. Nouembris Anni M. D. XLIII.

P. LA DEVIS, studiorum superiorum pro-
fessus.

PETRVS DEBVGIS Theologiae Professor.

IOANNES GODEFRE Theologiae Professor.

IOANNES IACOBS DE CLOCHE Pro-
fessor Theologiae.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
Societatis Iesu.

IOANNES RICARD Praepositus Provincialis Societatis Iesu in Provincia Aquitaniae,
potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. nostro Nuntio Vitellesco Praeposito Gene-
rali eiusdem Societatis Iesu, facultatem concedo, vt R. IOANNIS MARTINONI ex ea-
dem Societate Theologi Disputationes de Deo & de Angelis in primam partem S. Thomae,
multorum eiusdem Societatis Theologorum iudicio approbatae, typis mandentur. In quorum
fidem has literas manu nostra subscriptas, & Officij nostri sigillo munitas dedimus Burdegala
die 16. Nouembris Ann. 1643.

IOANNES RICARD.